Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26393
Copyright: Admont, Benediktinerstift

super inimicos meos. Circuiui et immolaui in
tabernaculo eius hostiam uociferationis: cantabo et psalmum dicam domino. Exaudi domine uocem
meam qua clamauit ad te: miserere mei et exaudi me. Tibi dixit cor meum: exquisiuit te facies mea: faciem tuam domine requiram. Ne auertas faciem tuam a me: ne declines in ira a seruo
tuo. Adiutor meus esto ne derelinquas me:
neq; despicias me deus salutaris meus. Quoniam
pater meus et mater mea dereliquerunt me:
dns autem assumpsit me. Legem pone mihi
domine in uia tua: et dirige me in semita recta:
propter inimicos meos. Ne tradideris me in
animas tribulantium me: quoniam insurrexerunt
in me testes iniqui: et mentita est iniquitas
sibi. Credo uidere bona domini in terra uiuentium.
Expecta dnm uiriliter age: et confortetur cor
tuum et sustine dominum. ps
Ad te domine clamabo ds ms ne sileas
a me. nequando tacens a me: et assi
milabor descendentib; in lacum.